Mirabilia Rome.



¶ Mirabilia Rome vrbis.

Murus vrbis habet trecentas sexaginta et vnam turres. Propugnacula sex millia et nonaginta: et .xxij. millia porticularia. In circuitu vero sunt .xxij. exceptis transtiberim et ciuitate leonina: et porticu sancti petri: vbi sunt .xx. miliaria.

¶ De portis infra vrbem.

Porte inclite sunt hec. Porta capena que dicit sancti Pauli. Porta Appia q̄ ducit ad Domine quo vadis. Porta latina: vbi sanctus Joannes fuit missus in oleo. Porta metioni vbi riuulus influit vrbē. Porta Asinaria ī Laterano. Porta lauicana que maior est que est iuxta sanctē crucē in hierusalē. Porta taurina vel tyburtina que dicit sancti Laurētij Porta numētana que vadit ad sctām Agnetē virginē. Porta salaria: q̄ vadit versus sabinā Porta pincina que est circa eccliam scti Felicis. Porta flaminea que est circa ecclesiam sancte Marie de populo. Porta colina que est ꝯtra templum Adriani supra pontem.

¶ De portis transtiberim.

Porte transtiberim sunt tres. s. Porta septimana; vbi. v. laudes facte fuerunt Octauiano impatori. Porta aurea. s. sci pancratij. Porta portuēsis. ¶ In porticu sci petri sunt due porte scꝫ Porta castelli sci angeli; ꝛ porta viridaria.

¶ De montibus infra vrbem.

¶ Mons Janiculus vbi est sctūs petrꝰ. Mōs Taurinus q dicit Janitarius. Mons auentinus; vbi est ecclesia scte Sabine. Mons quirinalis; qꝛ ibi stabant quirites vbi est ecclesia scti Stephani que dicit in celiomonte. Mons tarpeius vel Capitoliū; vbi est palacium senatoꝝ Mons Palatinus vbi est palacium maius. Mons Jnquilinus super alios montes dicit; vbi est basilica sancte Marie maioris. Mons vinalis vbi est ecclesia sancte Agathe; vbi Virgilius captus fuit a Romanis; qui visibiliter exiens a carcere perrexit Neapolim.

¶ De pontibus vrbis.

¶ Pontes sunt isti. Pons adriani vel iudeoꝝ pons fabiani iuxta p̄fatū pontē. pons gratiani. pons senatoꝝ. pons theodosii ꝛ pons valētin

¶ Palacia Imperatorum sunt hec.

¶ Palaciũ magnũ in mõte palatino. Palaciũ senatuũ prope sanctũ Sixtũ. Palaciũ Claudij inter coliseũ et sctm̃ petrũ ad vincula. Palaciũ Constantini in laterano. Palaciũ Romuli inter sanctã Mariã nouã et Cosmã; vbi sunt sex edes pietatis et concordie; vbi posuit Romulus suã statuã dicẽs. Ecce statua nõ cadet donec virgo pariet. Et statim cũ beata virgo peperit statua corruit. Palatium Traiani vbi est colũna. xx. passuũ. Palaciũ Siluestri. Palaciũ Antonij vbi est alia colũna. xxxiij. passuũ. Palaciũ Neronis vbi est angulea sctĩ petri. Palaciũ Octauiani ad sanctũ Laurentium in Lucina.

¶ De arcubus triumphalibus.

¶ Arcus triũphales sunt hi: qui fiebant alicui imperatori redeũti; sub quibus cũ honore ducebatur a senatoribus et eius victoria ad memoriã eorum in arcu sculpebatur. Arcus Theodosii Valentini et Gratiani imperatorum ad sanctum Vitum Arcus Constantini imperatoris iuxta Coliseũ Arcus septem lucernarum Titi et Vespasiani vbi est candelabrum Moysi cũ archa habens

septē brachia in pede turris calculatorie. Arc⁹
Julij & senatoris ad sanctā Mariā nouā. Arc⁹
Octauiani imperatoris. ad sanctū Laurentiuʒ
in Lucina. Arcus Antonij ad columnam.

De arcubus nō triūphalibus.

Alij sunt arcus non triūphales sed memoriales: vt arcus pietatis ante sanctā Mariā rotundaʒ: vbi accidit quedā historia de paupere muliere: cuius filius occisus erat a vicine sue filio: que petijt ius sibi fieri ab imperatore Traiano parato ire ad exercitum: qui se ius dixit facturū in reditu. Que respōdit: forsan dn̄e nō redibis. Qui statim fecit ibi consistorium: & fecit ei fm̄ qđ petierat. Judicauitqʒ iuuenem homicidam moriturū: quē mulier petijt sibi reddi pro recompensatione filij sui mortui. Quod ei factum est: & mulier fatebatur se plenū ius recepisse: & mulier ditata ad imperatore recessit.

De Termis.

Terme dicunt palatia magna habentia magnas criptas subterraneas in qbus tpe hyemali fiebat ignis maximus. Estiuo aūt tpe replebant aquis: vt curia in superioribus cōmorans

magis delectaretur; qd in thermis diocletiani et maximiani adhuc videri pot. Terme limpiadis apud sctm Laurentiu in palispna. Terme domitiani tiberine sunt retro Mariam rotundam. Terme Alexandrine vbi est hospitale de Termis.

¶ De Theatris.

Theatra sunt ista Theatru Titi et Vespasiani ad cachecubam. Theatru Targnii impatoris ad septifoliu. Theatr pompei ad sctm Laurentiu in damaso; et est ibi theatrum flamineum.

¶ De Angulea sancti Petri.

¶ Ibi est memoria Cesar; vbi splendidus cinis in suo sarcofagio idem malo ereo requiescit; vt sicut eo viuente totus mundus ei subiectus erat sic ipso mortuo oia corpa mortuor sibi subiacerent; vbi in giro maliscriptu e. Cesar tantus erat quo nullus maior in orbe. Sed in modico nuc tam magnus claudit antro. intra scriptura stat; cesaris alta coluna. Regia structura quanta non extat in aula. Si lapis est vnus quafuit arte leuatus. Et si sunt plures dic vbi congeries.

¶ De Cimiterijs.

¶ Cimiteriu Calepodij ad scm pancratiu. Ci

4

in iteriũ scte Agathe. Cimiteriũ Viti ad portã colinã. sci Felic; Calixti ad cathecũbas. Cimiteriũ cõcordiani foris portã latinã scte agnet; & alia quãplura cimiteria q̃ in multis locis descendebant p̃ tria miliaria vbi sancti abscondebant.

¶ Loca vbi sancti passi sunt.

¶ Foris portã Apiam fuit decollatus beatus Sixtus. prope Dñe quo vadis vbi fuit templũ martis; ante scilicet nereũ intus cauati ad sctm̃ Gregoriũ domus Lucine: & est ibi velũ aureũ aqua saliua. Ad sctm̃ Anastasiũ vbi decollatus fuit sanctus Paulus ortus Lucine; vbi est ecclesia sancti pauli; & est ibi prope amphibiatum vbi est corda in qua iactatũ erat corpus sancti Sebastiãi; q reuelauit corpus suũ lucine dicẽs Inuenies corp⁹ meũ pẽdẽs i vicu p̃ pedes iuxta stratã q̃ dicit̃ via cornelij iuxta Girolũ arc⁹ romanoꝝ vbi btũs Siluester & Cõstantin⁹ obligauerũt se ab inde; vbi fuit domus telluris añ martẽ. terme limpiadis vbi fuit assatus sanctus Laurentius in palispna. palaciũ tiburtinũ vbi decius & valerian⁹ recesserũt ab laurẽtio mortuo. Arcus flamcus ad pontem iudeoꝝ trans-

uberim infra palatiū Neronis ꝛ teplū Apollinis qd̄ dr̄ scte petronelle añ eccliaꝫ scti Petri fuit vaticanū: vbi vates .i. sacerdotes canebant sua officia. Añ teplū apollinis fuit castrū Neronis. vbi nūc ē ecclia scti Andree. In fastigio pātheōis .i. Marie rotūde fuit pinea erea deaurata q̄ nūc est añ teplū scti petri: q̄ coopta erat tabulis ereis deaurat̄ ita q̄ a lōge videbat̄ quasi mōs aure⁹: cui⁹ pulchritudo adhuc partim apparet.

De Templis.

Ante palaciū Alexandri fuit templū Enee ꝛ Pōpei mire pulchritudinis. Monumentum vero pōpei qd̄ dicit̄ marmoreū decent̄ ornatū. Fuit oraculum apollinis. ꝛ ecclia scti Uiti fuit secretariū Nerōis. In palatio Antonij est templū diui Adriani. In campo martis fuit templū Mart̄ in quo eligebant̄ cōsules. iiij. kal. Julij. ꝛ morabant̄ vsqꝫ ad kal. Januarij. In hoc templo ponebant Romani rostra nauiuꝫ: vt essent specula omniū gentium. Juxta panth eon erat templū Minerue. Apud Ciriacū erat templū Veste. In calcari est templū Ueneris. Monasteriū Rose fuit castellum Junonis.

¶ De Capitolio.

¶ Capitoliũ dicit̃ qđ erat caput totius mundi in quo consules ꝛ senatores morabant̃ ad consulendũ vrbẽ: cui⁹ facies cooperta erat muris altis ꝛ aureis vitro ꝛ auro vndiq; coopertus. Infra capitoliũ fuit palaciũ pro magna parte aureũ: lapidibus preciosis ornatũ: qđ dicebat̃ valere tertiã partem mundi: in quo tot statue erant imaginum quot sunt mundi prouincie: ꝛ habebat quelibet imago tintinabulũ in collo p artem mathematicã dispositum: vt qñ aliqua regio Po. Ro. rebellis efficeret̃ statim huius puincie imago vertebat dorsum imagini vrbis Ro. que maior erat sup alias tanq̃ dñia: ꝛ tintinabulum qđ habebat in collo sonabat. Tunc custodes capitolij dicebãt id senatui. Statimq; mittebant legiones militum ad expugnandum prouinciam. Erant in capitolio plura templa. Sup arcũ erat templũ Cesaris ꝛ Veste vbi senatores ponebãt Iuliũ cesarẽ in cathedra. vi. martij. Et ex parte capitolij erat tẽplũ Iunõis. Iuxta forũ publicũ erat tẽplũ Hercul' i tarpeio ꝛ Achillis vbi iterfect⁹ ẽ Iulius cesar a senatu

in loco vbi est ecclesia Ara celi. Et fuerũt tẽpla simul iuncta. Palacium phebi ⁊ carmetis vbi Octauianus vidit visionẽ suam in celo. Juxta canepariũ est tẽpliũ Jani:q erat custos capitolij

¶ De Equis marmoreis.

¶ Equi ⁊ hoĩes nudi signant ꝙ tpe impatoris Tiberij erunt duo philosophi iuuenes.s.praxiteles ⁊ phitias:q dixerunt se esse tante sapiẽtie vt qd imperator illis absentibus in camera sua diceret ipsi referrent de verbo ad verbũ qđ fecerunt vt dixerũt:⁊ nõ inde pecuniã petierunt sed memoriã sempiternã: ita ꝙ philosophi haberent duos equos marmoreos calcãtes terrã qui signãt principes huius seculi: qꝛ nudi sunt circa equos signat ꝙ altis ⁊ extensis brachijs ⁊ replicatis digitis narrabant q̃ futura erãt: vt sicut nudi sunt:ita scientia huius mundi in mẽtibus eorum nuda ⁊ aperta erat.

¶ De Rustico sedente sup equũ.

¶ Ad Lateranũ est equus ereus ⁊ deauratus q dicit caballus cõstantini:sed nõ est sic. Nam q volunt scire verũ hoc perlegãt. Tpe consulũ ⁊ senatoꝝ quidaꝫ rex potentissimus ex orientis

partibus Romã venit; multa strage Ro. pplm affligẽs: tũc quidã rusticus armiger magne fortitudinis: virtutis ꝛ prudentie dicit consulibus ꝛ senatorib⁹. Nunqd si esset aliqs liberãs vos de tribulatiõe ista qd a senatu recipe mereref? responderũt quicqd peteret obtineret. Qui ait illis. date mihi. xxx. talenta auri: ꝛ insup memoriã fieri sempiternã: ꝛ ꝙ equũ ereũ staturã meã desuper facietis: ꝛ ab illis vos i breui liberabo Qui dixerunt se omnia facturos. Jlle vero ait Media nocte surgetis ꝛ omnes estote armati bene: ꝛ stetis infra muros in spelunca: ꝛ quicquid vobis dixero facietis. Et responderunt faciemus. Rusticus vero ascendit equũ suũ maximũ sine sella: tollensqꝫ falcem exiuit foras tãqꝫ vellet colligere herbas: viditqꝫ regẽ venientẽ ad arborẽ pro necessarijs suis: super quã arborem quedã cucumagia sedebat: dulciterqꝫ canebat: rusticus hoc audiens accessit propius: ꝛ socij regis putantes rusticũ de suis esse clamare sic ceperũt: rustice nõ tanges regem q: si tetigeris suspenderis. Rusticus vero spretis eorũ minis: per fortitudinem Regem parue stature

ctro arripuit: et cum subleuans posuit coram se super equū et fugit ad vrbem velociter: clamās voce magna ad homines vrbis in cauernis latitantes. Exite foras interficite exercitū regis quoniā ipsum corā me nunc teneo captū. Qui exeuntes ad vocem eius multos occiderunt et alij in fugā versi sunt. Romani habito triūpho soluerunt ei aurum quod petierat: et fecerunt memoriam eius: et in presentatione stature sue quā posuerūt coram palatio Lateranensi vnū equū ereum et deauratum: et staturā ipsius desuper sedentē deauratā: extensa manu dextera cū qua regē ceperat: et super caput equi quandam cucumagiam posuerunt: ad cuius cantum victoriam habuerūt: ipsam staturam regis que parua erat retro ligatā manibus sub equo memorato collocauerunt.

De Coliseo.

Coliseū fuit templū solis mire magnitudinis et pulchritudinis diuersis cauernis adaptatum et coopertū erat celo ereo et deaurato vbi tonitrua: fulgura: et coruscationes fiebant: et pluuie mittebantur per fistulas plumbeas: et erant ibi

signa supcelestia: ⁊ planete cū sole ⁊ luna: quadrigis vehi videbantur. In medio sedebat dñs phebus deus solis q pedes ad terrā vertebat: ⁊ caput eius celū tangebat: qui palmā in manu sua tenebat: designans q Roma totū mundū regebat. Post vero multū tpis spaciū beatus Siluester iussit templū destrui: ⁊ etiā alia q̄plura ne peregrini venirent Romā ppter edificia antiqua ⁊ deoꝝ famā ⁊ nō ppter ecclias sctōꝝ transirent multimoda deuotiōne. Caput vero ⁊ manus predicti idoli cum pomo ad palaciū in laterano fecit poni in memoriā: que palmā ⁊ caput Sāsonis falso vocant a vulgo. Palaciū prefatū erat templū Turbi per q̄d intrabant ⁊ prefata simulatio in querimonia fundebant tpe consultuum ⁊ senatorum orationes.

¶ De sancta Maria rotunda.

¶ Agrippa pfatus subiugauit Ro. se. Sclauos ⁊ Saxones occidere fecit ⁊ iussit. iiij. legiōes in eius reuocatione tintinabulum statue presidis que erat in templo Jouis ⁊ Minerue sonabat q2 vniuscuiusq3 regni totius orbis statua erat in templo illo posita cū tintinabulo ad collum

qñ sonabat regnum id' cognoscebatur rebelle.
Huius aũt statue presidis tintinabulũ audiens
sacerdos q erat in spelunca in ebdomada illa
nunciabat senatoribus. Senatores aũt legionẽ
hanc prefato Agrippe iniũxerũt vt iter ad per-
sas subiugando q omnino renuens ꝛ dicẽs se
nõ posse pati tantũ laborẽ: tandẽ victus petijt
consiliũ trium dierũ; infra quos quadam nocte
ex nimio cogitatu fatigat⁹ obdormiuit; ꝛ appa-
ruit ei quedã femina q̃ ait Agrippa qd cogitas
in magno es cogatatu; cõsolare ꝛ pmitte mihi
templum quale ostendã tibi: ꝛ dicam tibi qũo
eris victurus. Qui dixit faciam dña. Illa ostẽ-
dit ei in visione templũ rotundum ad modum
pantheon Ille vero dixit; dña que es tu? Que
respondit. Ego sum Cibelles mater deoꝝ fac
mihi libamina ꝛ Neptuno qui est deus maris
ad honorẽ meũ; qꝛ tecũ erimus ꝛ vinces oẽs
rebelles. Agrippa vero surgẽs hec recitauit se
natui; ꝛ ciuitates acquieuerũt verbis suis; igit
cũ magno apparatu nauiũ ꝛ. v. legiones militũ
venit ad persas ꝛ eos debellauit; ꝛ posuit sub
tributo senatui Ro. annuatim ꝛ rediẽs Romã

fecit templū fieri qđ ꝓmiserat ⁊ dedicauit ad honorē Cibellis matris deoꝝ: ⁊ imposuit huic nomē pantheon; ⁊ fecit staturā cibellis deauratā: quā posuit in fastigio pātheon sup foramen: ⁊ cooperuit eā mirifico tegmento ereo ⁊ deaurato. post vo multū tpis btūs Bonifaci⁹ papa videns id templū tam terribiliter dedicatuꝫ ad honorē Cibellis anteq̄ xpiani perturbarentur aliquotiens a demonibus accessit ad impatorē xpianū rogās eū hoc templū sibi tradi; qđ imperator eidē libēter ↄcessit: papa vero cū Ro. po. i. kal. nouēbris dedicauit idē ⁊ statuit vt ex illo die Ro. po. cū Ro. pon. ibi ↄuenirēt ⁊ papa missam celebraret ⁊ pplus cōicaret sicut in die natal' dñi; ⁊ eodē die p vniuersum orbē festum btē virginis Marie ⁊ omniū sctōꝝ celebraref.

De Octauiano imperatore.

Post vo multū tpis senatores vidētes octauianū tante pulchritudinis ⁊ ꝓsperitatis: ⁊ q[uod] totū tributariū fecerat dixerūt: volum⁹ te adorare; quia diuinitas in te est; si hoc nō esset non emergerentur tibi prospera. Qui renuens: inducias postulauit; ⁊ ad se Sibillam tiburtinam

vocari fecit: cui q̄ȯ Senatores dixerunt recitauit: ꝛ ꝙ spacium trium dierū petijt vt sibi consuleret: in quibus artum ieiunium operata est. Post tres dies respondit imperatori. Sit iudicij signum tellus sudore madescit: de celo rex venit per secula futurus illico. Postq̄ꝫ dixisset hoc: celum apertum est: ꝛ splendor maximus irruit super eum: viditq̄ꝫ in celo virginem pulcherrimam ꝛ puerum in brachijs tenentem super altare dei: quod miraretur valde. Audiuit vocem dicentem. Hec ara est filij dei. Qui statim procidit in terram ꝛ adorauit Christum venturū: quod recitauit Senatoribus: de quo mirati sunt valde. Et fuit hec visio in camera imperatoris: vbi nūc est ecclesia sancte Marie in Capitolio. Et ideo vocatur sancta Maria Ara celi. Et est ecclesia fratrum minorum.

¶ Deo gratias.